

# VIVAT IESVS.

Manuductio ad parantes papyrum nitidam gestis

FRANCISCI SALESII,

Quem Dominus in fide, & lenitate ipsius  
fecit Sanctum,

Florentem, Eucharisticum, Cælicum Doctorem,  
melle nutrientem,

Martyrum ærumnas, Hæresumque furias  
hilariter patientem,

Apostolicum munus indefesso ac specioso pede  
mirè gerentem,

Ad illuminandos in mortis umbrâ sedentes  
deificè missum,

Ad perfectam viam planam ac tutam indicandam  
angelicè ducentem,

Ad diadam scientiam salutis omnibus omnia factum,  
felle carentem,

Episcopum, non dominantem, sed Principis gregem  
corde pascentem,

Ad virtutes annuntandas, laudemque bonorum  
Imperij Principem,

Ad fovendas Virginum lampades, debilium ac præsidū.  
mirificè vallantem,

Gentilitiam Dominationem, & Senatoriam sedem  
alacriter responentem,


Parisiensi Tiaræ, Infulisque plurimis  
Vale, dicentem,

A purpurei Galeri splendore Romani  
perigrinè avolantem,

Sic terrena nescientem, quod buccinari debeat

S. ALES.

Suscitabo super oves Pastorem vnum qui pascat eas. *Ezech.*  
34. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu ini-  
micos eius. *Psalm.* 96. Stillabunt montes dulcedinem, &  
colles fluent lacte: & per omnes rivos Iudaibunt aquæ: &  
fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spi-  
narum. *Joel.* 3. Suscitabo tabernaculum David, quod cecidit:  
& reædificabo aperturas murorum eius. *Amos.* 9.



Factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cor-  
dis mei: quoniam invocatum est nomen tuum super me, Do-  
mine Deus exercitum. *Ierem.* 15. Ego repletus sum fortitu-  
dine Spiritus Domini, iudicio, & virtute. *Mich.* 3. Dominus  
dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui  
laesus est verbo. *Isa.* 50. Quærite Dominum omnes mansueti  
terra; quærite iustum, quærite mansuetum. *Sophon.* 2. Imitato-  
res mei estote fratres, & obseruant eos qui ita ambulant, si-  
c ut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos se-  
pè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos Crucis  
Christi. *Phil.* 3.

# ILLVSTRISSIMO DOMINO.

Episcopo Scptensi, Maiestatis Catholicae à Consilijs  
cinq[ue] Hispaniarum in Regnis, Maximo ac  
Generali Inquisitori.

D. D. VITALI MARIN.

Illust. Domine, ac Reverendiissime.

**H**ic illico collectioni protectionem ambienti obviari  
exi. Illust. Dominatio tua. Cui, enim, proprius,  
quod eis Episcopi potissimum in Nidulo suo mori  
cupientis, & si mutu divino aliter ordinatu' appareat?  
Cei, reconfitit secunda vota, viuis vxoris Viri? Cui, cens procla-  
matio qui Episcopij Sacru[m] militare que vexillum fidei erigens fa-  
vore, una manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium? Cui,  
Vita illius, qui verbo, & opere propugnaculum extitit in expugna-  
tione semper Vitalis factiosandi defensione Ligni? Cui, Nomen  
eius, qui etati huic no[n]tae contra haereses medicamenta dicitur à  
Pontifice humano? Cui, demum, qui de Sancto Francisco Salesio  
predicantur; nisi tibi, Princeps Illust. Non quia te Praefuli Sancto  
pro rostris adquare intendam; tuo, namque si rubori vereor; tuū  
aure Manus toto corde, atque mente veneror. Sed ne vanos videar  
vendere fatus, Sanctum ipsutu[m] ad suum III. Antistit[us] de comisso  
quarentem aggressu Chaballicenses, & progressu, rescribentes  
audio: *Id vero non possum optimus perficere, quam si te ad ep[istolas] S.  
Pauli recessero: ibi descripta cuncta nostra reperties. Ego quidem indignis-  
simus sum, qui cum tanto Apostolo comparer: verum nichilo securus Deus  
supremus Opifex mea infirmitate, quibus vijs novit, ut sitar ad suam  
gloriam.*

Collectionem fassus, Opuscolum fateor, demonstrans eos  
qui mari magno Salesianæ Virtue vacarunt: Brevissimæ manus  
signata in margine fixum mentem adjicit, arrestisque oculis cogit  
altare legarem, notatu dignum aliquid adesse nescendo. Cer-  
tus, placuisse, in vijs dura præbent fasa ducatum, *In duram*  
*sollicitatem (Profan.)*, *qui nunc quoque dicitur index*. Initiationum li-  
bros, in compilatione habita maxima legum commendans Ius-  
tinianus Imper. ait: *Vt vobis possibile sit summo digito, & quasi per-*  
*litem ea intelligere*. Ad volarilia cœli, quæ inter minima connu-  
nciantur, mutat lob, & hominibus indicent magnalia Dei. Ad  
suis

eius cognitionem, quem totus non capit orbis vius est Praetor & Ecce. Mea tandem, Illust. Domine, conniventibus oculis per transiens limina, Sancti dilectissimi tui ingredere gesta, ad quæ facilius sic aditus extat. Lux mundi quæ fecit sunt, & quæ docuit. Nunquid venit lucerna, ut sub modo ponatur, aut sub lecto? Nonne ut super candelabrum ponatur? Igitur collocari debet lucens & ardens Salesiana Vita, ut luceat omnibus qui in domo sunt: In aureo quippe Candelabro, misericordia oliva ornata, de quo ignis etiam exicit, ut inimicos devoret, si qui radios eius nocere voluerint. Reduc iam, Illust. Princeps, quæ tui sunt Iuris, ut Salesianum Iubar splendeat, hereticum destruat ille gemmæ, qui mirabilis sua dulcedine perfusos doceat omnes, & immemores non finiat esse suos, nec eius qui infirmitatem respiciens nostram amantissimè clamat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollete iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leve.* In tuo, nec ignoro, corde iam pridem habitasse. Santissimum hunc Angelicum Virum, mellea sapientia plenum: Si ergo cor sapientis erudiet os eius: & labijs eius addit gratiam, concreseat, ut pluvia doctrina tanti Præsulis, fluat ut ros eloquium tuum, ut in omni ore quasi mel indulcerit memoria Sancti Francisci de Sales, quem deprecor, impetrat à Domino, quo affluavit, amorem, & ardorem, quo repletus Illust. Domine, fidei dilatationem contra hereticam pravitatem, audacemque invasionem consequaris adorem gloriam, & D. O. M. tibi fortunet in omnibus horam, istisque ab Hispaniæ Regnis, tue flammivolare creditis faci omnem abstergat maculam, nec in eis maneat heres illus dirus incursus, Nostrosque Clementem, & Philipum, qui dederunt nobis Doctorem iustitiae tantum, servar incolumes, prout ver fidelium in optatis adest. Compluti. 13. Kal. April. M. DCC. VI.

I. D. T. Soladitio iam diu Iure felix, benevolentia continuo  
beatus, Culmini thura reddens, amantissimus undeque semper  
E. O. P.

Doct. D. Antonius Emmanuel  
Ignatius de Loden.  
Sacer. Canonum Complut. Decan. & Canonicus.

BVL.

**SYLLA CATHOLICATIONIS** M. B. D. N. 1865  
xandri, papa VII. edita, quam inventes fol. 1.  
Lector charissime doctrinam, utramque mirabilem  
Sancti Francisci Salesii authenticè exponit, egregie  
narrat sed orationis loco, videoas precor, qualiter  
de eo fuerit mens ipsiusmet Pontifici Max. prias,  
quam ad apicem pervenisset Summum, in Sancto  
rumque catalogorum referret Generensem Antisti-  
tutum, sic enim calamo immittit habendas.

**A** Grè à me dixi te passus, dilectissime Nepos; ne  
benè exordiar litterarum inter nos mutuam scrip-  
tionem, quibus verbis abeuntem nuper allocutus  
sum, iisdem modo absentem compellabo. Habeas  
rogo te, tempore & omnius in amoriis ac delicijs Franciscum  
de Sales: Eius est assiduus lector, obsequens filius, sedulus  
imitator. Philothearia seu manuductionem ad vitam pie instituen-  
dam (cui à virginis aurois, post Dicim, debet in primis, si quid  
in me sit quod culpa vacet) quamquam decies lectam centies le-  
gam, nec tamquam philotheari digero viatuum, quam dixerit. Phi-  
lothearia, inquam, instituas tibi velim quasi Normam, & amusi-  
sum, si quam vita tua rationes singulas exigas diligenter, atque  
conformes. Non austera, non solitaria, non exoticum vita  
genus, sed laeta, sed facile, sed nobile, sed temperatum, hoc est pa-  
tabilem cuique modum vivendi; qui tamen solidam artingat per-  
ficationem, atque sanctisatem. Virtus, si vivis coloribus repre-  
sentari posset, sicbar quis piam, fururum, ut omnes in sui amo-  
rem ponatur aliceret, atrabererque. Id, meo quidem iudicio, est  
allicetus, salesius, usque adeò eius pulchritudinem, maiestatem,  
decoram, venustatem suaviter ad vivum exprimit atque ad oculos  
ponit. Et quod ex quo laudem ac venerationem ipsi, nobis vero le-  
gentibus affectum conciliat, ac propensionem, Salvatorem Proto-  
typum ecclesias, compitum primum facere, postea docere: ut vi-  
tam legere videantur, qui eius consilia rimantur, faciliusque eius  
presente sequantur h[ab]i, quibus se anteas posuit in exemplum. Nobis  
ac locuplete natus e familiis, nobilium titu[m] in pietate ac litteris  
eruditus cit. in Principum Regumque Aulis, in domibus priva-  
torum,

torum , in cœtibus amicorum , in negotijs , in pietatis exerecitatem , omnibusque laboribus qui Episcopum decent , ita honeste , sancteque vidimus eum nostro œvo resplenduisse , ut societatem nostram etubescere cogamur , ac merito damnatam censemus quicunque consuetudines hominum , negotia , aut nobilitatis conditionem causamur , quominus vitam in pietate ac sanctitate transfigere valeamus . Quod dixi de Philotheca , de aureo libro divini amoris , ac de omnibus , & singulis tanti Virtutis monumentis dictum velim . Quæ dum diurna , nocturnaque manu revolvo , omittere nequeo , quin dicta eius præcipua , ac quasi principia eius doctrinae decerpam ac seponam , quæ mecum postea otiosus subinde ruminem ac rursus deglutiam , ut in succum , ac sanguinem trasferam , quantum possum . Ita sentio , ita suadeo tibi , Nepos optime ; si enim inspectorem hunc , individuum comitem , & quod Seneca etiam suadebat , Censoriem ac Magistrum tibi constitutas , ac semper præsentem habeas , ad cuius nutrimenta geras ; nec me huius consilij , nec te operæ in id impensæ quam posnibet . Finiam cum Horatio .

*Vive , vale , si quid novisti rectius istis ,  
Candidus imperti : si non ; his utere mecum .*

Si tamen scire velis , quæ scripsit volumina Sanctus , de quibus habitus sermo superius sunt quæ huc vidimus usque : Introductio ad vitam devotam . Tractatus de Amore Dei . Epistolæ septem inclusæ libris , volumine duplici . Vexillum Sanctæ Crucis . Collationes spirituales . Directorium Religiosarum . Monita ad Confessarios , Indiciaque eisdem ad discretionem spirituum . Methodus prædicandi . Explanatio Cantici Canticorum . Sermones varij . Controversiae Theologicae . Opuscula ad devotionem , spiritualiaque exercitia concementia . Ordo devotus celebrandi fructuose sanctum Missæ Sacrificium , qui quantocius sermones prodibit hispano . Hæc , quidem , scripta , si demas Sermones ac controversias , in idiomate sunt hispano proposita . Ex Sandi vero Præfusis doctrina coelesti perplures speciosissimi prodierunt rivuli , partim gallico contenti calamo , partimque loquaciam attingentes hispanam . Inter opera inquire ; & huius in fine Codicis plura vide .

*In Vita S.  
Francisci  
Salesij P.  
IV. cap. 1.*

Officina ex tua efficacia in verbo. Et opera tua haec faciens volo.  
Infrasce mentis preciosissima ex lumine, non latet. Erat autem (depre-  
paratione ad confirmationem scribente Illust. D. Marpe) tam alio de-  
fixus in Deo, ut per id tempus, dimidios ipsius dics coram divi-  
nissimo Sacramento procumbens, immotusque ad nihilum  
animatum adverteret ilorum, quae circa se fierent, atque adeo quae  
sibi acciderent: tanquam sensus expers impune mortuarum acu-  
leis pungebatur, elicto nonnunquam sanguine. sed leviores tri-  
muli erant, quam ut eos persenticeret, cui intus aktiora vulnera  
indigeret. sanctus amor. Sed ut rediis patet ipsummet audi, apud  
eundem familiarium cuidam quid in se transfigeretur per epistolam ape-  
riorem: Recognoscit mentis meæ rationes, inque imis præcor-  
dijs sentio enaci novam quandam fiduciam scriviendi Deo in  
sanctitate, & iustitia omnibus diebus meis. In gentem quandam  
senium hauri rerum plurimarum, ob quas ipsi infinitè debeo:  
constituti totam me impendere, et agnoscendis beneficijs, quan-  
ta maxima fidelitate potero, in conspectu summae illius Majestatis  
verbaudo assidue, cum certa quadam exultatione; non que  
principalem imperium habeat, sed, ut mihi quidem videtur, ef-  
ficacitatem ad eum diligendum, neque enim amore nostro res  
ulla creata digna est, rotu, is impendendus Salvatori, qui toto  
nos suo profectus est. Delicias autem umane quæ in terris per-  
cipi possint sic intrueor, tanquam nihilum, præ illo regio amo-  
re, cuius causa libenter emori velim, aut certe sic vivere, ut si  
soli vivam. Vt longum mihi est, dum cor hocce, quo me Deus  
donavit illi penitus adhuc rascar, atque in perpetuum! Quare finem  
isti occupationi impono sic, vt singulariter concupiscam in pre-  
tiosa illa dilectione facere progressus. Ut ad id me comparem,  
mane quidem, postquam Deum invocavero, eidemque me di-  
cavero, horam rotam impendam meditationi, argumento ant-  
debet. Decurrente die, tèpè numerò mentem in Deum attol-  
lam, per crebras orationes jaculatorias, prout Sanctus Spiritus  
impulerit. Itemque, quò sanctum Missæ Sacrificium peragam  
religiosius, tempus rotum quod antecedet, ponam in confide-  
randis ipsi, per quæ pietas excirari adversus tantum mysterium  
poterit, ad eandemque officia quantum potero. Annis singulis se-  
cedam ad orandum, aut etiam ad decem dies, ad examinando  
mentis in virtute progressus, propensiones, difficultates, si quas  
paratur, defacta. Nimirum eo in secessu cœlum spectatur co-  
minus, terra autem despicitur. & cum fastidio: ac si quando

minus licet p̄s illis, quos publicā negotiis distincent; eo bona  
fieri, cum vero imo in pectore cubiculum fabricant, in quo stu-  
deant discendae legi Domini sui; quam tunc tanquam ex eius  
manu excipient. Præterea, eo in monte, tam sublimi, ut ad eum  
pervenire tumultuantissimū reram cratrum strepitus nequeat;  
gustatio quoniam suavis est Dominus. Atque istius generis exerciti-  
onibus discimus, num quos in virtute faciamus progreßus: uno  
verbo, illo tempore, illoque loco capiuntur sancta solidaque con-  
ſilia vitae ex veritate eternaque sapientia legibus instituenda. Hec  
& Praeful.

Sic, profecto, in celis erat conversatio eius; cumque domus  
sua praesesse solet, Ecclesia Dei diligentiam habebat, & quasi Sol reful-  
gens sic ille refubit in Templo Dei, pascensque oves Domini, sapien-  
tiam, qua antecedebat illi, sine invidia communicabat, omniisque ostend-  
ebat eis. Audi D. Maupas. Ut verò nullam tantam iacturam, quan-  
tam temporis esse ducebat Pastor pervigil, novas subinde occupationes,  
alias ex alijs eius charitas flagitabat. Ita ad curas pa-  
ternas maternum animum suaviter adiungens, Anecum reperit  
opportunitate: Cives enim reperit attonitos; propter nefariam Ge-  
nevensium molitionem, qui quis consilium erat oppidum occupare;  
quod per illud ad alias Provinciae aditum sibi aperirent, ha-  
refr inducenda. Illos ergo Episcopus, fortis aequi ac Sanctus, confi-  
firmavit, & egregius Magistri sui imitator, factus est omnibus omnia, quo & delectas mentes erigeret, & publica salutis  
prospiceret ut Pastor; assiduus est in horrido ad peritandum in  
fides ut mater, congregat eos tanquam gallina pulios sub alas, si-  
dere Deo quinque decens: ut Dux, & Antesignanus, non re-  
cusat quin ad eos subducendos discrimini, discrimin primus ap-  
petat ut Sanctus, & Propheta, confirmat non permittiturum  
Dominum Genses in hereditatem suam ingredi. Quod si tamen  
contra evenerit ( aiebat ipse ) mihi videor adhuc habere tantam roboris  
animi, ut si venientem lupum viderem, non sim cogitaturus de fuga,  
neque a charissima mihi grege discessurus, &c. Dicete posse cum  
D. Maupas: En Verum plenum Deo, superiorum sensibus, & ad ima-  
ginem preclarè efformatum Incarnati Deli, hominesque suavissimum  
quendam in modum diligenter! Et cum Em. Cardin. Berullio: Illius  
etatis partes omnes, sic à Deo suisse singulari quadam cura dispositas,  
ut in singulis, adorande Humanitatis Christi Domini imago que picea  
elucet. Sic, ut Franciscus simulacrum quoddam esset vivum ac spirans  
Christi IESV in terris versantis, agentisque cum mortalibus.

BVL:

Vbi sup.  
cap. XII.

Cit. cap. I.

D. Maupas p. I.  
cap. I.

# B V L L A;

## SEV. LITTERAE DE cretales Canonizationis Sanc- ti Francisci de Sales, Epis- copi Genevensis.

Alexander Episcopus Servorum Servorum.  
Dei Ad perpetuam rei memoriam.

ECCLESIA Catholica, eti compluribus munita  
prosletis, firmata propugnaculis, & ar-  
mata multibus inferorum insultantum  
postas non reformidat; eo tamen post  
Christi meritam potissimum sustentatur au-  
xilio, quod Servorum Dei Sanctitas assiduo  
sub ministra: nam cum hoc veluti inge-  
nitum mortalibus sit, ut exempla magis,  
quae documenta sequuntur, mirum est, quantum alterum ex his  
in Ecclesia Domini proficiat. Id circa Christus Iesvs Verus Dei,  
verisque hominis filius unum, atque alterum pro duplicitate  
nature hypostasis ineffabiliter adimplevit. Hinc illius verba, si  
quando doctrinam loqueretur. Doctrina mea, non est mea; sed  
eius, qui misericordia Parric. & hunc alia, si quando agenda proponeret. Exemplum dei vobis, ut quem admodum feci vobis, ita  
de vos facias.

Que cum ita se habcant antecessores nostri Spiritu  
Santico instructi habitabilem in Ecclesia morem induvere, nempe  
in excelso loco Sanctissimam confiuerdi, ut velut lumen illius  
lucis Vicarium, que de se dixit: Ego sum lux mundi, & qui se-  
guitur me, non ambulabit in tenebris; non sub modo abscondi-

re. Inveni  
etiam  
victor  
etiam  
etiam  
etiam  
etiam

etiam  
etiam  
Edita

An. D.  
1665.

Exors  
dium.

Sancti bas  
bentur be-  
luti lumen  
mundi,

tum, sed in candelabro statum luceat oram hominibus; sed  
demque à veneratione ad imitationem via strata ad Cœlestis, &  
triumphantis Hierosolymæ nunquam interituras felicias dirigat,  
inseratque. Et sanci viros de Christiana Republica morum Sancti-  
monia, & fidei prædicatione beveremus debitum, hec est di-  
vinis honoribus non prosequi, quidquid sibi velit impietas, inde-  
corum, ac iustitia ablosum habetur.

¶. II. Nos igitur his de causis veterem Romanorum Pon-  
tificum consuetudinem fecuti, post fulas ad Deum preces, au-  
ditasque Venerabilium fratrum nostrorum sententias, inter nomi-  
na Catholicæ Ecclesiæ veneranda Francilicum de Sales Episcopum  
Genevensem doctrina celebrem, sanctitatem admirabilem, ataq-  
ue huic nostræ confitaret medieamen, praefidumque refer-  
re Numine inspirante decrevimus.

¶. III. Natus est Franciscus duodecimo Kal. Sept. Anno  
reparata salutis hexagesimo septimo supra millesimum, ac quin-  
gentesimum, ablutusque sacro Baptismatis fonte in Oppido Sale-  
siano Dueatus Sabaudie, Genevensis Dicatus, Iux Domus hæ-  
ditario, ab ipsis incunabulis nobilitate conspicuis pietatem haufis,  
infantiamque non more solito inter repundia, sed agente pie-  
tatis spiritu inter Altariola, que sibi ipse adornaverat suæ prælu-  
dens sanctitati angelica exegit; tantumque charitatis erga pau-  
peres concepit, ut nisi aliquid illis erogaret, in lachrymas le ef-  
funderet. Ab infantia ad pueritiam per pietatis simul ac sapien-  
tie gradus evasit, orationi vacabat inter studia litterarum, non  
fora, sed templo solius invisiere, & effugiens commercia impro-  
bitatis, non nisi temina probitatis, vel excipiebat, vel terbat.  
Inde sacro Chrismate robustus ad altiora tum virtutis, tum doc-  
trinae ornamenta complectenda se contulit, ut opportunius, at-  
que utilius divinae gratiae instrumentum fieret. Scrum enim ani-  
mam bonam, eandem optimâ reddidit accitatorè studio; tum litterarum,  
tum morum. Humanioribus litteris in Collegio Anne-  
sieni perceptis, Philosophia, Theologiaque arcana in Acad-  
emia Parisiensi didicis, non sine ingenti viuentu, ac sanctimo-  
nia profectu; nam simul frequentabat Sodalitatem Discipularum ad-  
ditam in Gymnasio Societatis Jesu, ibique non solum oculo  
quoque die sacra Mensa animam reficiebat, sed omnia pietatis  
exertitamenta exhibebat, prætestit ea, que ad cultum euclae  
Discipularum pertinebant, adeo, ut ante eius simulacrum, quod in  
aede Sanctæ Mariæ Gregorianæ colitur, supplex yulum perenne

*Francis-  
cus de Sa-  
les inter-  
Sanctos re-  
fertur.*

*Eius in-  
fantia des-  
cribitur.*

*Pueritia  
Insignis.*

Digitized by Google

Votum  
Virgini...  
tatis emis-  
sit.

Virginitatis municipaverit. Hoc voto veluti pharmaco salutari roboratus, ad Iuris prudentiam capescendam accessit Patavium, ubi non una sicut voti operi elusis artibus non nullorum condiscipulorum, qui per impudentiam illi obulerant impudicatum mulierum illecebras, quas, & taliva in illarum faciem confecta, & mente constanter reprobante deiecit. Absoluto studiorum curriculo Romanum se contulit, ut antiquae ibi vigentis pietatis vestigia, recognoscet, atque novis moribus exprimeret, & tractus per sue religioni, ac fideli theatrum, traxit e Cœlo incredibilem spiritum ad perficiendam omni ex parte molem sanctitatis ab infirmitate inchoatam, & in iuuenturis æitu, non modo conservatam, sed auctam.

§. IV. Igitur sibi, & mundi viator in patriam remigravit, & fructus legeret literarij laboris. nec spem fecellit, aut suam, aut Civitatis certe Granerius id temporis Episcopus Genevensis, eo confecto, illico presentis messem, quam eius adventus afferbat, exclamavitque divinans non sine gaudio, habere se iam successorem suum. Statim ei patuit liber campus, amplissimusque ad animas excolendas, quod sponte ferabantur: quatuorvis enim, ut Parenti obsequeretur, Aduocatorum supremorum partes suscep-  
rat, mox vbi scilicet se ad nuptias per votum abdicatas vocari, abie-  
dit Senatoriam togam, & Sacerdotio per omnes sacri ordinis  
gradus initatus, maioris Ecclesiæ Prepositus Annehij renuntiatus  
est, illud semper in ore, & mente repetens: Quidquid pro æter-  
nitate non est, vanitas est: omne studium convertit ad æternita-  
tem ubique ferendam: Instituta Societate Sanctissimæ Crucis de  
ponitibus, adductis ad Ecclesiæ Catholice gremium magni  
nominis haereticis: & præterea sumpto divini Verbi gladio, quo  
armatus, ac potens, Episcopo iubente, adorsus est haeresim Cal-  
vinianam in Caballicensibus, aliisque fritimis populis graffan-  
tem. Incredibile dictu est, quo animi ardore, qua peccoris conf-  
stantia, qua mentis alacritate, quam firma in Deum fiducia, quam  
robusta in proximum charitate pugnaverit, ac vicerit: Ferunt  
eum ex vertice Arcis Allianiane aliquando conspexisse enormem  
Catholice Religionis fragem, quam in subiectis circum terris  
haereticis ediderat, ac tanto fuisse pietatis studio agitatum, vt  
enim cordis altissimo suspirio non potuerit sibi temperare, quin  
mox Toulonnum eius Provincie caput se contulerit, ibique erecto  
veritatis vexillo, per patientiam, & doctrinam omnibus omnia  
factus iacentem Religionem sustinuit, & dominantem impieta-  
tem

Sacerdotio  
in signatur.

Digitized by Google

Contræ  
haereticos,  
adorsus  
est.

tem fregit, ac deiecit, quāsi alter David. Sed illud in plurimis eg-  
gregie gesit, quod nūquam , nec unquam negotium fidei del-  
peraverit, sed maior labōibus impedimenta omnia , si non po-  
terat tollere , vel effugiebat , vel eludebat. Prohibitus Tencor  
sacrum confidere , in Arcem Allingianam memoratain quatuor  
milliarib⁹ distantem , quotidie ibat , vt ibi sacrificaret , atque  
eadem de causa flumen Druentia trajciebat singulis diebus per  
trabem glacie concretam, manibus , ac pedibus repens. Vexus  
calumnijs, & vbique , tanquam publicæ quietis perturbator , le-  
ductor populorum , & plane veneficus concilamus , nullo in-  
famiae metu , nullo infidiarum strepitu , nullo vita discrimine  
aducci potuit, vt tentatam fidei Catholicae restitucionem aliqui  
ratione omittanteret , neque usquam adhibuit in consilium eam,  
quam prudentiam humauam, seu nominis estimationem vocant  
sed evangelici dicti memor , cuā haud liceret palam , aperteque  
vivere , ac fidem contestari, in obvias vbique latebras se se abde-  
bat , vt post modicum silentium insurgeret adversus haereticum ve-  
hementius, nunc in furnis, nunc in maceris , nunc in horro-  
bus sylvarum , nunc in profundo , altissimoque gelu continebat  
impetum zelii absconditus , velut in Domini tabernaculo, quo in-  
fidantibus haereticis incomptus validius insultaret.

¶. V. Inde animo excels⁹, sublimique manifesta mortis lib-  
bi intentate argumenta irridens abnuebat præsidia, & custodiam  
militum, aled vt rogatus à Barone Ermanciano Arcis Allingiane  
Præfecto, vt non nisi militari manu stipatus ex Arce prodiaret, re-  
ponderit, non alio militum satelliti⁹ esse opus, quam eo quod di-  
vina providentia destinaverat : immo cum idem affligeret haereticos  
vi coercendos, ostentaretque tormenta bellica, & militare subli-  
dium , quo posset Franciscus vti ad eosdem haereticos , vel com-  
primendos, vel ad meliorem frugem revocandos, ingenuè prof-  
fessus fuit, quam altè de divini Verbi potentia sentiret, alibi nam  
opus non esse machinis , vbi Deus eius verbum audiri permis-  
ret, neque Deus tantam eius fiduciam fraudavit : nam cum haer-  
eticij complures immisi ad eum de medio tollendum , tandem  
Franciscum nocti stricis gladijs cædem facturi in eum irruissent,  
eius prætentia , & lenitate permoti , deieci , ac exarmati fuere:  
nunquam enim Deus eos sinit cadere , qui spe. divine providen-  
tiae fidem sustinent. Proptereā de coelesti parochinio iam ob-  
innumerā experimenta certus , maluit agere Dei causam , quam  
exequi imperium parentis, à quo iubebatur vite tot infidilijs ar-

*Sicarij  
immisi ad  
eum occi-  
dendum  
eius leni-  
tate per-  
moti exar-  
mati fue-  
re*

potius confidere, tamquam dominum reperire, ubi per quietem, ac  
securitatem factum a Deo, superigne libertius vacare.

s. VI. Quin studiosus, accuratiusque in Ecclesia de-  
fensionem incubuit, & cum voce prohiberetur adiuvarē popu-  
lorum fidem, cœpit ex scripto, pluribus confessis libellis, evul-  
ganique thesibus intime heresim percellere, tantumque effectit,  
ut Tononi Parochiam erexit, & paulo post cum insigni Reli-  
gionis Catholicae incremento plures ad veritatem lumen viros doc-  
trina celebres, quorum præcipue audacitate mendacium niteba-  
tur, aduicerit. In hoc tamen fidei augmento prudentia modum  
retinuit, ne liberius agens, aucta perderet. Itaque Curionis par-  
tes agens, & Eucharistie Sacramentum ad Catholicos in vila  
discrimine positos deferens, nequid iniuria Sacrofancie Eucha-  
ristie Seclarum inferrent, tam gelatabat argentea theca incisam ē  
collo pendulam apicem interim pileo tectus, pallio circumvolvutus,  
gravi palu neminem de via salutaris, venerandus incedebat.

Hilice artibus præfatis, iussus fuit a Clemente VIII. felici  
recordationis Praetecessore nostro adire Theodorum Bezam  
Calvinianæ heresie accerrimam ministrum, ac propugnatorum, &  
cum solo solus agere, ut ea ove ad Christi ovile reducta, compiu-  
res alias revocaret, quod sane eximie Franciscus præstitit, Gene-  
va non sine periculo cum Beza congressus, qui tamen, vt  
ex merito confutatus veritatem fassus est, ita ex scelere, arçano  
Dei iudicio indignus fuit, qui ad Ecclesiam rediret.

s. VII. fidei Tononam, & circumiectam regionem  
dica hæc invasit cum tribus Civium clade, in qua Franciscus tam  
amanter, tam constanter, tam industrie corpora, animosque sum  
subsidij, sum documentis procuravit, vt omnibus & stupori,  
& amori faciat, præserit cum omnia pecunia adiumenta,  
præcipue ab Episcopo Granario impedita recusasset. Quapropter  
Episcopus his certaminis sanctimoniarum indicij compultus, cum  
sibi Coadjutorum Episcopalis curæ destinavit, rugavitque memo-  
ratum Praetecessorem nonnum Clementem, ut Franciscum, quem  
Romani ob Catholicae fidei negotia mittunt, huiusmodi digni-  
tate ornaret, quod idem Clemens libertissime præstitit, cogni-  
tus eius doctrina per examen de more interrogata, eundem ad  
pedes devolutum amplexans his verbis dimisit: Vade fili, & bibe  
aqua tuæ de cisterne tua, & fluenta patrui tui: deriventur fontes tui  
foras, & in plateis aquas tuas divide.

s. VIII. Tigitur hec ornamento tanquam novo, & po-

Parochiā  
Tononi  
erexit.

Eucharis-  
tiæ in-  
firmis in  
thece in-  
clusam de-  
ferebat.

\*Heresim  
Beza con-  
futavit.

Præfici-  
tur Epis-  
copus.

6

tentissime praesidio instructus, in otiose studiis amplificata religionis Catholicæ, & heresis imminuende fere effudit. Ante regreslus, omnia solus obire loco Episcopi absentes, intitulare Seminarium, ac Sanctam Domum Tononi erigere, animum officinam, & mercium emporium, ut Civies, & sibi similes i Genevensium commercio averteret, gñarus populos maxime corrumpi per commercia cum impijs habita: neque illi novi exercitare constantia argumenta defuerit. Inimicius zizaniarum furex excitaverat inter Gallos, & Sabaudos bellum, cuius occasione usi Genevenses heretici, specie auxilij, quod Gallis afferuntur, Chablasio, & Torniaco occupatis, inde Curiones Catholicos expellunt, ac præterea missis in Pagos, & finitima Oppita Calpiana heretis Prædicantibus, vencata semina ubique iaciunt. Et Catholica sua exscindunt. Quod ubi Franciscus adverdit, non immenior illis divinitate sententiae: si consistant adversum me calci, non timebit cor meum: si in surga adversum me præsum, in hoc ego sperabo: Fortier, ac religiosi irruperit in castra, daturisque à militibus more bellico ad Vitriacum Regiarum excubiarum Praefectum, ab eo exceptus per quam honorificè fuit, et dimisus cum Regijs litteris, quibus præcipiebatur, ne quicquam in religionis negotio innovaretur; quicquid vero novi iudicatum foret, in prætinum revocaretur.

Contra  
Calvinis-  
tas decer-  
tavit.

Tlurimos  
hereticos.  
Ecclesia  
subiecit.

Defuncto  
Episcopo

§. IX. Neque contentus hac victoria, per quam armata revocaverat, aliam retulit, per quam damnata intulit heretici religioni vero incrementam attulit. Cum enim ager Geserini Gallorum dominio esset, ad Regem Luteriam te contulit, id est que litteras obtinuit, quibus licet ipsi eo in agro habere Catholica veritate conciones, quarum gratia, &c ei facilius primos Ecclesiæ subiecit. Valebat enim summa, & efficacissima cendi potestia, quam illi è Carlo conciliaverat summa eorum innocentissimi sanctitas, adeò, ut Christianissimus Rex nomen ad Iacobi Regis Angliae animum conciliandum, et ad suam veritatem reflectendum aptiorem Franciso existimat: Ne Iulius V. Prædeceps noster felicis recordationis aliquot postea eundem delegaverit ad componendas discordias, qui e lucis fuerant inter Albertum, & Claram Eugeniam Arcimedes Clerum Comitatus Burgundie.

§. X. Quamvis autem ardentissimum fuerit procuranda re Catholica studium, dum Conduktor fuit, nihilominus universitas habenas charitati, cum audita

*Granario,  
integras  
Episcopi  
partes sus  
cepit.*

quotidie ad dominicas revocabat, & alterius reverentia, ne quid  
niminim illarum vestigia videretur, cohibebat concilium tibi tan-  
dem quocumque pictas impelleret, cumdi facultatem cognovit. Sic plenaria reverentia, integras Episcopi partes suscepit,  
cavere ne exer, ac Diabolis improborum, heretacorumque mo-  
re. Apud hinc intram incurias patet ordinare Cifsum illa ob-  
tutre familiam religionis mortibus compitata. Sanctorum Pa-  
trum, veterumque Episcoporum exempla tibi proponunt, tunc etiam  
Episcopalis vita momenta suis virtutibus, functionibusque am-  
mare, Synodum cogere. Ecclesiasticæ discipline leges, vel refi-  
nituere vel facere, ac portissimum Catholicæ religionis sinceris  
consulere, qua mortis Catholicorum informando, qua festa-  
rio, via dogmata evulgendo, qua deceptas ovres ad ovile reducen-  
do quod aucto offendit Calvinianos plicudo ministros, ut cum duos  
nobiles viros Gexenses ad Ecclesie gremium revocasset, illi labores  
ac farror acutum et proximeverint, quod tamen irritum  
fuit, implorata per votum Delapare opere, & tantum absuit, ut  
proprietatis tuæ episo desisteret, ut constantius desistaverit in con-  
tentionibus habentis, querens ut Divione, Graffancopol, Paris, &  
alibi plures iniquos viros fidei Catholicæ restituit, ac præcitate  
Claudium Fuccomannum Lausanne publicum Theologiae professo-  
rem, Franciscum Darem Diguerianum Delphinatum Prærogem, <sup>1</sup>  
Baudouin, & Jacobum Philippum celebres Calviniane fecer-  
ti pseidomini nostros. In his autem contentiis, ut constaret s' e' non  
nisi amicorum feliciter operi, pecuniam, qua esset vel loco ali-  
menti, vel excellentia et testimonio recusavit omnem, nullo Prin-  
cipi offertenud habito respectu, & tam generose, ut Dicisse Ie Lo-  
gavia la perram auris plenam impertieni palam, cum respueret,  
dixerit utris dandum, quod quis accepitur, nec viam expe-  
tendam pro fidei prece, so marcedam, præter pretiosam illam,  
quam eutorias vincere promisit Dominus.

*Insignes  
viros fidei  
Catholicæ  
restituit,*

¶. Dicitur. Nettum est enim cum magni Eleemosynarii mu-  
nere ipsi Calvinianis rebandi. Ducillam fungeretur, hic præter  
hunc invenit, ut non valuisse, & non solam quicquid ho-  
norari. Mercedeis solam erat, dicit modestissime rectitane, ve-  
rum etiam præciosissima adhuc etiam vaoris quingentorum  
numitorum ad eam Christum. Ducilla corpore accorum pauperi-  
bus d'ituarie, in verba misericordie pro perpetratis nostris Anniel-  
berifficis d'ituarie.

¶. XII. Sed cuius constancia debuit gravioribus experimentis muniri, ut fides probaretur. Duo enim sunt, quae maximam fidem concipiunt, **damnum**, & **lucrum**; utrumque illi propositum roboravit. Idem non infregit.

¶. XIII. Iussus a Gallorum Rege Gexium ire, & cum Baronie Luxenf Regio in Ducatu Burgundiae Locumtenente de religionis Catholicæ usu, exercitioque in eam Regionem inducendo agere, cum Rhodanus, qui traxiendus erat, ut Gexium peperer imbribus exundans certum afferret vita discrimen, Geneva intrepidè pertraxit, nec habitu Episcopi deposito, nec Episcopi Diceceps nomine dissimulato, ynica tantum orationis armatura munitus, atque inde post horam discedens, Gexium ap- pulit. Impij homines, ut hoc religionis negotium turbarent, statim apud Ducem Sabaudie accusant Episcopum, quod de transferendis in Regem Gallorum Civitatis Genevensis iuribus pertractaret: quæ calumpnia primò locum non habuit, postea admissa Senatu suscit, ut vel ad penam, vel ad terrorem decreto edito bona Episcopi publicata in atrium Principis referre; nihil tamen edicto commotus ipse hoc ynun respondit, non eam nisi, ut credebat, iniuriam irrogari, sed ita à Deo admoneri, quod veller vndeque spiritualem, quem temporalibus destitui permetteret. Quibus verbis Senatus concuslus veuiam petiit, eique omnia restituit. Haec enim Dei lex est, ut fides dum damna patitur, per damna nobilitetur. Neque minus lucri fulgorem, quamvis specie boni splendidum, contempsit, dum Coauitoris Parisiensis munus ea de causa illi oblatum, quod pinguiori redditu abundaret ad paupertatem sustentandam respuit, illud oraculum opponens: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascue ibi me collocavit.

¶. XIV. Cum tale, ac tantum fidei fundamentum lessisset, mirum non fuit, si perfectissimam, & omnibus virtutibus absolutam sanctitatis molem ad supremum usqne apicem extulit, eti Ecclesia compuni consensu Sanctorum inlignia, & propagativas tanto viro attribuere non dubiter. Pauperum erat eximus amator, eorumque inuidem secum deferebat, temper ad eos præferum sublevandos maximè intentus, quos pudor, ac rubor deterrabant. Abstinentiam vero, ac frugalitatem, tam in victu, quam in vestitu severe retinuit, ut & sibi modū starueret, ac largiusti iorum inopie subveniret: namque hoc verè charitatis ingenium et sibi detrahere, alijs addere; sic mensæ impensis fercula ad pauperes

*Amisso  
bonorum  
eius fidem  
non infre-  
git,*

*Pauper-  
rum exi-  
missus ama-  
tor erat.*

pères allegabat, intelliguila, interulas, familiisque pannos fibi  
apropos ad aliosque opericulum tradiebat, immo superiecti  
in argenteam, candelabrum, usceulos, annullum ipsum Pistoia  
in oppignoravit, ne pauperes dolerent; dotem pueris, quam  
poterat acpla n erogabat, ne ipsarum pudicitia perditatur.  
Peregrinos, ac Religiosos viros, tamquam fratres domini exci-  
pebat, omnes demum exultate praelatos non contracta manu so-  
labatur, & tam copiose, ut cum regionem late faines, ac ali-  
mentorum meipius invaserit, heminem stipe frustatum preter-  
miserit, singulis egenis familiis certa tritici copia attributa: &  
eò excrevit haec invandi cupiditas, vt cum natus esset hominem  
mutum, ac horum omni ope desitum, non modo cum recrea-  
verit ijs subsidijs, quibus via sustentatur, sed domi sive educatum,  
qua nutibus, qua gestibus (ingeniosa enim pietas est) informa-  
rit ad eternam salutem. Sic tunc cetera virtutum genera exercuit,  
charitatis & suu succensus, ut septuaginta hereticorum millia Ec-  
clesie Catholicae subiecisse sit fama vulgatum.

**s. XV.** Ex huius charitatis officina volumina prodierunt,  
quorum documentis irrigata populorum, ac nobilium virorum pec-  
tora affluentem evangelice vite melsem peperere. Ex huius etiā  
charitatis altissima disciplina emanarunt leges tot fodalitatum ab  
ipso institutarum Angustissimi Sacramentis, Beatissimae Virginis,  
de Particula, Eremitarum in Monte Vaironensi, praesertimque  
Ordois Sanctimonialium Visitationis B. Mariae sub Regula  
Sandi Agustini, cuius splendor rarus illuxit, ut intra modicum  
temporis intervalum, ad centum supra triginta Monasteria sit  
propagatus. Huiusdemum charitatis stimulis plane perennibus  
agebatur ad sive Dicaceis commoda, diu, noctuque omni soli-  
citudine procuranda, in qua lustranda, dum laborat, atque An-  
nessione regreditur, Lugdani, sacro celebrato, vehementi ap-  
plexia correpus, atque Ecclesia Sacramentis per summam pie-  
tatem, humiliacioneque refectus, fiduci professione emissa, repeti-  
tis non serviliis verbis: Iervus misericordie sum, voluntas Domini,  
non mea habet Deus meus, & omnia: Proximo die Sanctis Inno-  
centibus factio, dum in litanijs ipsi Sancti Innocentes invocaban-  
ti, in hiacynthos ad regna celorum translatus est anno etatis  
quaquageunoquinto, & reparate salutis vigesimo secundo su-  
pra sextantiesimum, & millesimum.

**s. XVI.** Placuit autem Altissimo, qui mirabilis est in  
Sanctis suis ante Sanctitatis virum, non modo per veneratio-

Septuaginta  
tabaret-  
corum mil-  
lia Eccle-  
sie Catbo-  
lica subiec-  
tit.

Varia  
Sodalitia  
principue  
Monialium  
instituit.

Obiit Leg-  
dani,

Proponu-  
tur mira-  
cula.

nem, cultumque populorum nobilitare, sed etiam compluribus signis, ac miraculis illustrare, vt vivens, ac mortuus humano generi professet. Itaque constat per acta publica authoritate nostra, & Sacrae Rituuum Congregationis confecta, & diligenter expensa, Hyeronimum Geminum aqua obrutum, cum iam eius cadaver fætens sindone involutum efferebatur, revixisse, sustulisse brachia, & loqui coepisse, magnificando Salesum, qui sibi tunc in ipso reduntis vita momento Episcopali habitu induitus benigno, ac splendido vulnu ad esse visus est, non sine alijs ingentibus miraculi additamentis.

Claudium Marmon coecum natum septennem, cuius oculi facultate videndi proflus destruxerantur, cum noventali prece absoluta ad eiusdem sepulchrum procunaberet, usum lumen accepisse.

Ioannam Petronillam Eurax quinquennæ paralyssi laborantem, quamvis coxis, cruribusque aridis ad motum plantæ incepit credetur, eamet hora, qua pater ad Francisci tumulum opem implorabat, ad matrem incolumi corpore, & festino gradu prorepisse.

Claudium Juliard paralyssi pariter afflictum, sed innata, & decennali, vsuque utriusque coxendicis, ac cruris desitutum tertia vice à matre delatum ad Francisci sepulchrum deosculandū, momento temporis, membris, quæ inhabilia erant corroboratis surrexisse, stetisse, & ambulasse.

Franciscam de la Pesse demersam flumine vita restituisse, illore, tumore, deformitatisque noxiis mirabiliter deteris.

Iacobum Guidi neruis contractum, & planè ab ipso orti impotentem subito sanatum.

Carolum Metheron etiam ab ipsa nativitate impeditum membris, ac toto corpore difformem subito exemptum, ac perfecta humani corporis forma accepta gressum movisse.

XVII. Quapropter eius vita sanctissime meritis postulantibus, ac rogantibus charissimis in Christo filijs nostris Ludovico Gallie Rege Christianissimo, & Anna eius Matre Vidua, ac Enriqueta Maria Anglia Reginis, & dilectis filijs nobilibus viris Carolo Emmanuel Ssaudia Duce, & Pedemontium Principi, ac Christina ejus Matre Ducissa Ssaudia Vidua, ac Franciso Maria, ac Adelaida Duce, & Dueissa Babariz, nec non Clero, Principibus, & Magnatibus Regni Galliarum, ac Veneris Ordine Monialium Visitacionis Beatae Marie Virginis, post

VII

Eduardum Franciscum de Sales Beatificationem dñi: 28. Decembri  
anno 1665, permissa in laetissimata Basilica Principis Apostolorum  
Missa sacra peracta celebratam annuntians, ut eiusdem Canoniza-  
tio haberetur. Et cum iam nihil deflet corum, que huic facto-  
lante facultaria necessaria sunt, ex Sandorum Patrem auctori-  
tarum, factorum Canonum Decretis, S. R. E. antiqua consuetudi-  
ne, ac novorum Decretorum prescripto: Tandem iustum, & de-  
bitum esse censentes, ut quod Deus honorat in Cœlis, nos véné-  
rationis officio laudemus, & glorificemus in terris, hodie in Sa-  
crofane Vaticana Basilica, in qua solemni ritu, cum eiusdem S.  
R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac  
dilectis filiis Romanae Curie Prelatis, Officialibus, & Familiari-  
bus nostris, Clero Seculari, & Regulari, ac maxima Populi fre-  
quentia tunc convenimus, post trias pro Canonizationis Decre-  
to Nobis per dilectum filium nobilem Virum Carolum Duce-  
m bre Grequy apud Noe Regis Christianissimi Otatem pro parte  
emissam Regis porrectas petitiones, post sacros hymnos, litanias,  
phasque preces Spiritus Sancti gratia rite implorata.

9. XVIII. Ad honorem Sanctissime, & Individuæ Tri-  
nitatis, ad exaltationem Fidei Catholice, & Christianæ Religio-  
nis argumentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beato-  
rum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, matura deliberatione  
pre habita, & divina opere saepius implorata, ac de Venerabilium  
fratrum nostrorum ciuidem S. R. E. Cardinalium, Patriarcha-  
rum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Urbe existentium  
consilio, Beatum Franciscum de Sales Episcopum Geneveniem  
Sanctum esse decrevimus, & definivimus, ac Sanctorum Cathalogo  
adscriptum, prout presentium tenore decernimus, definimus,  
& approbamus. Statuimus ab Ecclesia Universalis quolibet Anno  
die 29. Ianuarij memoriam eius inter Sanctos Confessores Pon-  
tifices pia devotione recoli debere. In nomine Parris, & Filij, &  
Spiritus Sancti. Amen.

9. XIX. Parique auctoritate omnibus virtusque sexus  
Christi fidelibus vera poenitentibus, & confensis, qui annis sin-  
gulis dicta die 29. Ianuarij se pugnatum, in quo eius corpus alter-  
vixit anno septem annos, & totidem quadragenas de in-  
iunctis eis, aut alias quomodolibet debitissimis poenitentijs miseri-  
cordier in Domino relaxavimus informa Ecclesie consueta.

6. XX. Quibus peractis gratias, laudesque Deo opti-  
mo maximo reddituri, quod Sancto Francisco de Sales Episcopo

Sanctorū  
Catbaloge  
adscribi-  
tur.

Indulgen-  
tia.

•Gratiarū  
actio.

Genevensi cultum præconia, & honores ab Ecclesia Sanctis Po-  
tificibus, & Confessoribus præstari solita à Nobis decerni volue-  
rit, hymno Te Deum laudamus decantato, orationeque à Nobis  
recitata, ad Altare Sancti Petri Missam de more solemniter cele-  
bravimus die Dominica secunda post Pascha, additis secunda ora-  
tione propria de Sancto Francisco, & Secreta, ac post comuni-  
zione de communi Sacerdotis Pontificis: omnibusque Christi  
fidelibus ibidem præsentibus plenariam omnium peccatorum  
suorum indulgentiam, & remissionem concessimus.

Deum itaque, qui mirabilis est in Sanctis suis, benedici-  
mus, quia suscepimus misericordiam in medio templi eius, dum  
novum Nobis in Ecclesia apud Divinam suam Maiestatem Patro-  
num, & intercessorem concessit, ad eiusdem Ecclesie tranquil-  
litudinem, Fidei Catholice incrementum, hereticorumque à via  
salutis errantium lumen, & conversionem.

Ceterum, quia difficile foret præsentes nostras litteras ad  
singula loca ubi opus esset, deferri: Volumus ut earum exemplis  
etiam impensis, manu tamen publici Notarii subscriptis, & figi-  
lo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitute munici-  
tis eadem ubique fides adhibeat, quæ eisdem præsentibus adhi-  
beretur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

¶. XXI. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam  
nostrî decreti, definitionis, adscriptionis, mandati, statuti, con-  
cessionis, clargitionis, relaxationis, & voluntatis infringere, vel  
ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attinet præsumpti-  
ferit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, &  
Pauli Apostolorum eius, le noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis  
Dominice millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, tertio de-  
cimo Kalend. Maij. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

*Ego Alexander Catholice Ecclesiæ  
Episcopus.*

\* Ego Franciscus Episcopus Portuensis, Card. Barberinus  
S. R. E. Vieecancellarius. Ego Martinus Episcopus Sabinius  
Card. Ginetus. Ego A. Barberinus Episcopus Prænestinus Card.  
Antonius S. R. E. Camerarius. \* Ego Ioannes Baptista Epis-  
copus Albanensis Card. Pallotus. \* \* \* Ego Fr. Maria

sedi S. Joachimi Januacini ac mat. cardinalis Bracatus. Ego Vldeetus tit.  
 S. Marie Translatum Card. Carpinius. \* Ego Steph. ut. S.  
 Laurentii in Pale & Perna Card. Duratus. \* Ego F. Vincentius  
 Maculatus Ordinis Paedicatorum tit. S. Clementis de Florentio-  
 la. Cen. S. Clementis. \* \* \* \* Ego Nicolaus tit. S.  
 Mariae Angelorum Card. Ludovisius M. Penitentiarius. Ego  
 Federicus tit. S. Petri ad Vincula Cardinalis Sforza. Ego Bene-  
 dictus gen. Henniphijs Cardinalis Ottocalcus. Ego Laurentius tit. SS. Quirici. & Iulitta Cardin. Raggius. Ego Ioannes  
 Franciscus Paulus Gondus tit. Sanctæ Mariæ super Minervam  
 Cardinalis de Rets. Ego Aloysius tit. S. Alexij Card. Homodeus.  
 Ego P. et S. Marci Cardinalis Orthobonus. \* Ego Laurentius tit.  
 S. Crisogoni Cardinalis Imperialis. Ego Gibertus tit. SS. Ioan-  
 nis. & Pauli Cardin. Borromeus. \* \* Ego Joannes Baptis-  
 ti Spada tit. S. Marcelli Cardin. S. Sulannæ. Ego Franciscus tit.  
 S. Mariæ in via Cardin. Albicius. Ego Octavius tit. S. Coeciliæ  
 Cardin. Aquaviva. & Aragonia. Ego Flavius tit. S. Mariæ de  
 Populo Cardinalis Chirius. Ego Scipio tit. S. Sabinae Cardinalis  
 Delcius. Ego Hyeronimus tit. S. Agnetis Cardinalis Farnensius.  
 Ego Iulius tit. S. Sixti Cardinalis Rospiugiosius. \* \* Ego  
 Sforza e Societate Iesu tit. S. Salvatoris de Lauro Card. Pallavi-  
 cius. Ego Volonius tit. S. Martini in Montibus Cardinalis  
 Pandiculus. Ego Petrus tit. S. Calisti Cardinalis Vidonus. \* \*  
 \* Ego Carolus tit. S. Anastasius Cardinalis Bonellus. \* \*  
 Ego Virginius S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis Virsi-  
 nus. \* \* \* Ego Franciscus S. Mariæ in Portic. Diaconus  
 Cardinalis Maidalchinius. Ego Fridericus Sancti Cesarei Dia-  
 conus Cardinalis de Hassia. Ego Carolus S. Angeli in Foro Pis-  
 cium Diaconus Cardinalis Barberinus. Ego Carolus S. Eustachij  
 Diaconus Cardinalis Pius. \* Ego Decius S. Adriani Diaconus  
 Cardinalis Azzolinius. Ego Odoardus SS. Cosme. & Damiani  
 Cardin. Vecchiarellus. \* Ego Franciscus Maria SS. Viti. &  
 Modello Diaconus Cardinalis Mancinus. Ego Angelus S. Geor-  
 gii Diaconus Card. Cellus. Ego Paulus S. Mariæ de Scala Dia-  
 conus Card. Sabellus. \* \* \* \* \*

Illustissimus Epist. Genevens. approbans Introductionem ad  
 vitam interiorem, & perfectam, a Rever. Cartusie M. Gen. exaltam  
 per se rebatur. In ore omnivora::: Et spiritus amoris quo B. Fran-  
 西斯 Sacerdos eis condidit Angelos, quod habuit fideles disci-  
 plinos. Annus 13. Decemb. 1692.

**ILLVSTRISSIMVS D. HENRICVS**  
**Maupas du Tour, Episcopus, & Dy-**  
**nasta Aniciensis, vitam S. Francisci**  
**Salesij, Episcopi, & Principis Geneven-**  
**sis, pralio mandans hoc ante posuit, pro**  
**prefatione, & admonitione ad Lecto-**  
**rem.**

### Itinerarium Cœli.

**V**ITatores illos alloquor, qui cœlum versis iter  
 insistunt, nullâ præterea de causa arduè  
 via laborem exantantes. Consiste, Lec-  
 tor, atque huic adjice oculos: neque enim  
 reculare potes, quin dones cor tuum,  
 quod certum mihi, & constitutum est of-  
 ferre Deo. Quamquam erravi: non ego  
 illud offeram: imbecillior sum, quam v-  
 id valeam perficere: ea tanquam opima spolia consecrabit sum  
 mo Domino illustris ille Episcopus Genevensis, cuius vite seri-  
 benda vitam ipse meam consecro. Tu si tuam amas, ama sicut ei  
 modo, quo amavit ille suam, hoc est, ad promerendum cœlum  
 mercandamque beatam æternitatem: lectita que do: uit: expe-  
 de que feci: sancta documenta converte in vius tuos: facta imi-  
 tare.

Iter salutis inquiris? Novit Franciscus omnes perfection-  
 yias: fidissimum duxorem habes in id quod sequeris; si quidem  
 tibi propositum est adhaerere Deo: nihil est quodd itineris dif-  
 ficilares extimescas, dum ijs p̄t si ijs utare, que ultro tibi ejus cat-  
 tas suggesterit. Nec verò obtenderis, grave, & laboriosum esse, fr̄  
 tum illud traijere, quod inter seculi placita, & effata Evange-  
 liorū interjacet: etenim familiarem ille tibi, & minimè mortali  
*Introductionem* suppeditavit, spiritu Dei plenam, quære felicit-  
 per jucundissimos quoque calles p̄z, & religiose vites deduc-  
 Cupis diligere Deum ex animo? Vide ac voluta Authoris

Alexan-  
der VII.

Acta Testimoniis, sibiisque lectionem cum Philibee, lectione  
coniunge.

Nimis divini characteres eruditiois, zeli, amotis utro-  
que in Opere expressi: pro argumento iam diuersum illustrissi-  
mis quibusque nostris etatis viris, studijs, admirationis, laudum:  
conundamque lectio ad saiuora consilia reducere pergit eos,  
quos morum licentia ab iuris gratia abduxerat. Recognoscit  
sumus, id quod ad commendationem monumentorum Francisci  
Sa'efi proclamavit hand ita diu unus ex Illustrissimis Summis  
Pontificibus, quotquot vnuquam in Petri folio confederunt: ac si  
vacat, Salesianas Epistolas per lege: deqñibus ego idem ijsurpem,  
quod olim S. Ioannes Chrysostomus de Epistolis S. Pauli pro-  
nuncijabat, ad eas legendas vnumquemque adhortans, nemine  
prorsus excluso; ne mercatoribus quidem, ajebat, neque scilicet  
opificibus: quod si, addebat, prohibet negotiorum multitudine,  
quo minus id factites, audime sanè, illas explanantem, aut Com-  
mentarios in easdem taceos voluta. Ego eundem ad modum shor-  
tor, vi suminus per otium tibi licet coelestis nostri Scriptoris Trac-  
tatus omnes, omnes Epistolas, Operaque alia, prorsus evolvere;  
et exigiem falcem eius usæ, quam oculis subjicio tuis, inspicias iden-  
titem.

Nam ad finiones quidem quodd attinet, quæ eius nomine  
circumferuntur, ex non sunt illius, sed variorum; qui cum frag-  
menta quedam collegissent sacrarum Orationum, quas ad con-  
cionem tantus Ecclesiasticus habebar, èadem deinde ad suum ipso-  
rum genium formulari, rata vulgaverunt, sed exsanguia, &  
exsueca, delitataque ingenij luminibus, eruditiois fundamen-  
to, iucundissimis iheresis, vehementibus ad pietatem religio-  
nique incitationibus, qua in Francisco singularem quēdam  
in modum cluxerunt. Ex quo inter cetera incommoda illud ena-  
sunt, quod cum viri eius vox mirè illos afficere solita sit, qui de  
superiore loca verba facientem audiebant; contrà, hæ frigidæ  
hæcplodie legēnorum animos ac studia ab alienent, remotissimæ  
vniqæ ab iis moribus, qui plausus illos populares vnâ cum admis-  
sione ceterum, cum, cum vulgaris esset ea accurrentium expos-  
titio, angustiores esse sarcas. Edes, quasque vel amplissimas,  
quam ut tantam auditorem multitudinem caperent, tam illu-  
strum, ex Gallia, Sabaudia, Pedemontio, Italia: ut illud meritò  
dici queat, manuenses illos, ut optimo consilio ita collegetint,  
non rancori effigeros esse ardorem illius dicendi, quo is, cuius

ex curatione hæc excerpterunt, totus æstus habet; neque eventum, nullorum zelo respondibile. Omnino quantum inter sit inter Authoris autographa, & excerpta illa fallacium amanuensum, tum alia passim declarant, tum potissimum Sermo de Assumptione B. MARIE ab eo habitus in Aede sacra S. Joannis in Gravia, qui cum alijs aliquot eius manu scriptus repertus est: erit forte, cum plenius id ipsum demonstretur.

Interea sanctissimæ illius Vitæ epitomen tibi offero, Lector benebole, qua longiorum legendi laborem tibi levet. Ut enim quotidianas Solis circumvectiones, immensas licet, aptissimè ponit ob oculos filum illud vel tenuissimum, quod in exiguis illis horologij, que in pera vulgo gestantur, meritur cursum tanti sideris, horasque exiguo in circulo partitur; sic tu in hoc Breviario non in commode intueri poteris divinorum illius documentorum ductus quosdam, atque inspicere, quemadmodum se in heroicis quibusque virtutibus adhiberet Magister virtutum præstantissimus. Nec est cur in Christianæ perfectionis clivo superando vel tempestatum anni asperitatem, vel collum arduos ascensus reformides; nam & tanquam prodromus viam tibi sternet, complanabitque Illustrissimus Antistes; & tanquam ille quondam mirabilis Thaumaturgus, montes ipse in mare præcipites dejicit, hoc est, extenuatis maximam partem difficultatibus, regiam tibi viâ per obstantia quæque aperiet. Etenim difficillimos quoque locos perrupit ipse, ad sumum editissimorum aggerum vertice scandendo pervenit, trans ea præcipitiaque transmitit, vidit pericula illa omnia, nec horruit: per aliorum naufragia, que suis ipse oculis intuitus est, portum tenuit; nec ulli vnguum labores, ærumnæ ullæ, ulla discrimina illius animi magnitudinem infringere potuerunt.

Si te fatigant tentationes adversariæ; habes Medicum scientissimum eundem, & liberalissimum, qui gratis ex Christiana caritate, adversus morbos omnes animi efficacissima remedia supeditet. Si veritatis lucem omni ex parte amabilem inquiris: ad illius te cognitionem perducet mirabilis ille Doctor, in Missionibus diu multumque versatus, & Apostolico, scilicet, spiritu. Confutat errores: mendacia, contra rectam fidem improbat, & militiosè conficta, redarguit: sollicitudinem omnium Ecclesiarum amplectitur: in animarum conversionem incumbit per se, perque alios: ex hereticon voraginibus; miserrimorum hominum fraudulentia specie deceptorum educit extrahitque milia complu-

afficit se ex ies. 20,11 iporum heretorum tuorum atque in-  
manantur. ne periculum ultum ab iis intentarum refugit, quod  
fide imbutus sempererno exitio eriperat: quod quid est aliud,  
nisi vitam ipsi impetrari? Concurrit igitur, quicunque celum  
inquiritis, patet via cuiuslibet arati, sexui, condiciori. Si ex si-  
mia caelitudo, cum fexus imbecillitate commixta, ad calva-  
ria fentes horroris, agite sanè sub Cruce flores, unacum Mo-  
rialibus Visitacionis; etenim perspicax Episcopus id circé sanc-  
tum huncce Ordinem instituit, ut quarum est imbecillior vale-  
tudo, ex brachijs humilitatis charitatisque stringantur, dum quo-  
quo modo se Domino Deo consecrare fortiter animum indu-  
cant.

Si in seculi pravitate positi, inque lubrico illo flexu at-  
tis, cujus sunt tam pericolosi ardores, cohorescitis forte ad ig-  
nea illa tela nequissimi, ex quibus lapsum frequens, infre-  
quentia victoria, sequimini illius fortitudinem, fugam occasiōnum,  
voluntarias afflictiones corporis, precationes: configite per-  
inde in illo, at aras Deo confidite: tanquam ad asylum, sic ad  
Genitricis Dei opem profugite.

Si prudentem Directorem queris ad mentis institutionem  
qz, quo quidem praesidio Christianis maximam partem opus  
est; co ministerij genere mirabiliter complires in spiritu pro-  
movit, tum viros, tum feminas sui temporis, excelloris virtu-  
tis cajusdam laude prestantes. In ijs, Joannam Fremiettam, (a) cu-  
jus ipse ego pro mea tenuitate Viram exaravi, ex schedijs, maximè  
qua mihi ipius filia in spiritu, suppeditaverunt, cuiusque edi-  
tio quinta emendator forte est, quam illa anteriorum.

Si coniugio implicatus es, ponitribi Salesius ob oculos  
status illius officia, quid facere quid fugere debeas: simili præsi-  
dens subministrat, quibus nixus, anus illud ex suscepti Baptismi  
legibus, atque ex securitate æternitatis consideratione aptè ferasi.  
Quod si adhuc tibi integrum est, diligere quem potissimum sta-  
tum vita voles, enim vero consulendum tibi Deum preferibit,  
sic, ut is arbitri sit perpetuum consiliorum tutorum, atque ipse  
de tua in eligendo definitione statuat.

Si ad Clericalem militiam propendes, atque adeò si jam in-  
ter Altarium ministros versaris, habes in Salelio Speculum Sacer-  
dotum, Solem Anristium, cuius quidem in moribus non leviter  
adumbrata, sed absolutissimè expressa cernus, quicunque de  
vita, & honestate Clericorum sacri praescribunt Canonos; atque

(a) Vulgo  
Baronie  
de Chano-  
tal.

ad eò quæcumque S. Carolus rām Mediolani gesit, sūm alibi, i tam multis tamque arduis occupationibus usurpayit. Quod si jam ibi credita est cura animarum, idem ille noster Franciscus illus trissimus quoque viros tunc Ecclesiasticis fulgentes dignitatibus, salutaribus imprimis consilijs monitisque instruxit, iisque ætem artium quam vocat S. Gregorius, tradidit, regimen, videlicet, animarum.

Vno verbo, quicunque analphabeti non sunt, Vitam hanc, quam edo, fructuosè voluntare legendo queant, juvenes, senes, viri, feminæ, conjugati, cœlibes, inobiles, seu militiam adament, seu artes viæ civilis, disciplinarum vel studiosi, vel consulti, Academici, Jurisprudentiæ, Theologæ ve scitatores, literarum Candidati, seu profanæ illæ, seu sacre sint; Clerici, Sacerdotes, Praefuses, laici, Religiosi, docti, indocti, Scholastici, Doctores, Lectores, Scriptores librorum; quicanque Sacramenta vel suscipiunt iphi, vel tradunt alijs; quotquot diligunt Deum; quotquot cundem peccando lacesunt; benefici, beneficiorum acceptorum immemores; amici, injuriosi in amicos; orthodoxi, heterodoxi; qui morum emendationi dant operam, qui de perfectione adipiscenda cogitant; Martha, & Maria, hoc est, & qui actuosam, & qui contemplativam vitam sequuntur; otiosi, laboriosi, mercenarij, & qui suas ipsorum utilitates negligunt generosissimi; prodigi, avari, principes, opifices sellularijs.

Denique habes Vitam Viri, qui ad hec exitisse videtur, ut nemini non prodesse; quem Deus author largitorque gratiæ ad hoc excitasse videtur, ut ad præstantissima quæcumque ipsum adhiberet eorum, quæ per illa tempora peragi ad communes fidelium utilitates volebat, ac proinde ad illustrissimas victorias: qui ardencissimo zelo astuans, Ecclesiam totam, quam latè patet, parti propè studio, ac Diccesim suam complectebatur: cuius charitas nullum non occupationis genus suscepit ad opitulandum proximis, cuius dies pleni fuerunt, cui hora nulla vacavit: qui laboravit assidue actione nunquam interrupta; & , quod sumendum est, qui in ijs ornatibus nihil unquam speciavit aliud, nisi ut placaret Deo, vtque hominibus qui ad Dei imaginem facti sunt ex amore commodaret:

At complures jam in ejusdem Francisci Salesij Vita scribendi versati sunt. Audio: verum, illud ipsum indicio est, argumentum illud uberrimum profectum esse. Equiridem, Echo illa demum gravissima est, que unius ejusdemque vocis sonos reddit quam ma-

rimo numero & sed oculus ille mundi, ubiunque reflectat radios, aliquid temporis impertitur, quod delectet, dummodum in oculis nostris incurrit. Qui quis ergo autographum diligis, magni quoque fac apographia nam et per sepe ip, quibus in fonte sua origine pedale suum non fecit, illam extinguunt in rivulo, & forte cum in rem manu non satis transstuleris quae de fidelis Dei famulo alibi legisti, nunc benignissimus Dominus, pro ubi infidians, paginata jam libri huiusc aliquam designavit quae te intime mœvatur ac si es, dum haec legis, vel zetate vel virtute provectoris illud tecum reputa, viatori illi, cui non modo jam abscessit aurora, sed etiam meridianum tempus præteriit, nentiquam injucundum esse sum adhuc crepusculo aliquo sub noctem apud propinquantem: præterquam quod, ut tibi concedamus, arguimus illud idem esse, quod ab alijs tractatum sit, complices tamen ipse, alijs est historian. Nimirum in unaquaque familia quid sit reconditissimum, & maximè arcanum, nondum portas domesticas, quam externas: nequé cuiquam pater notior, quam liberis. Quid mirum igitur, si a Religiosis Monialibus Ordinis Visitationis collecta quadam sunt, quae superiores illos Scriptores latuerint? Ego quidem ab ijs accepta, digessi in ordinem, amanuensis ponus, quim Auctor: ut quo modo Salomon olim augustissimum illud Templum candidit ex ijs, quae à Davide parente agesta erant, sic ille Operis materiam mihi suppeditavet, ego cuncta ex fide ordinaverim. Verum haud sane plurimum refert, Lecher benevolè vox sum primaria, an Echo; iter primus apertam, an alicius qui antecedit, insitam vestigij Auctor sum, an imitator. Ut ut res haber, fructuosa omnia fuerint, dum ad imitationem tantæ virtutis coniunctis studijs feramur; quod in communionem veniamus aliquando vita beata, qua jam ipsum ab summo Agonochet donatum in celo esse, non patitur ambigere, Romæ editum Beatificationis Breve ab Alexandro VII. die 28. Decembris 1661 quodquidem continetur in Constitutione C. XVIII. & Bulla Canonizationis expedita tertio decimo calend. Maii anno millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto. Ab ipso summo Praefule, & inter eius constitutionis est CLXX. In bullario magno Romano.

Hoc Itinerarium, Vtamque in eo relatam Gallicè scripti  
 Etiamque Latine colligit R. P. Franciscus Creuxius, S. I. lefe. Cor  
 inde Vtiorum. MDC LXIII. iste : Ille A. Parisie MDCC. LVI.

**ILLVSTRISSIMI ; ET ERUDITISSIMI D.**  
**Ioannis Caramuel , ex Ordine Cisterciensi, Episco-**  
**pi Rossensis , & Campanensis, Metametricam ex-**  
**ponentis in sui Primi Calami Prodromo & fol.**  
**XXXIII, Rome , Anno M. DC. LXII,**

Ad laudem B. Francisci Salesij Panegyris.

**B**eatum Franciscum Salesium, Galliae Phoenicem, Europa Decus, ornementum Scholæ, Pontificæ perectionis idem, generis humani prodigium: cuius ianuæ anno M. DC. XXII. in Empyreo celebraverunt Angeli in dies debere à Petro nunc sedente( nempè Alexandro VII. Sanctissimo D. N. ) Coelitum Albo inscribi, stupenda prodicia, prodiosa miracula, miraculosæ tuent gratia, quibus decoratur divinitus, & ob quas à toto orbe Christiano celebratur humanitus. Rem ergo faciet sua Maiestate, & infallibilitate dignissimam Sanctissimus Dominus Noster, rem eius meritis, virtutibusque consentaneam, si tot Regum votis, & Theologorum consilijs adiuverit B. Salesum adiumentum esse in Cœlum, & Deum ibi pro nobis orare definiat.

Superefst, ut ad maiorem Divi gloriam, & Lectorum solamen, exponam breviter mores, prerogatiyasque quibus illum Dominus condecoravit.

Parentes habuit Franciscum Salesij Comitem ( hinc familie Illustrissime nomen, & Franciscam Syonaij Du nastie filiam; quos nobilitas claros, sed pietas clariores reddidit. Cani sunt sensus hominis, & ideo, ne in eo pueritiam quiras, qui nil vnguam habuit puerile præter etatem. Monet antiquus juvenes ( Ovidius 3. Art.)

*Ventura memores iam nunc estote senecte.  
Sic nullum dabis tempus abibit iners.*

Et quia noster Salesius etiam pueritiam ad mores antiquos composuit, nullam ipse horam, aut inertem egit, aut iners.

Fuit, etiam diu effet adolescens, recti tenax, nullius culpe conscientis, virtutis avidus, & scientiarum sublimium studiorum

21

tempore beatissimi, vel levissimi memor, injurie, vel gravissima  
immixtus, rancorum, & mormurationem fecerunt. Divinarum  
fuit rerum peritus, certus, & Deo inspirante diebus singulis cer-  
tor, & tandem etate maniorie Theologicorum mysteriorum  
seculenstis, at scientia illius, que non adificat, sed inflatur, im-  
peritus, ignarus.

Habuit a Despatis, quam diligentissima pietate coluit, ut  
eister partiente punitatis consors tranquilitatis compos, mentis  
potens consilij, & publici, & privati iuscons, adeoque semper  
impunitatis exsors, perturbationis impos, numquam animi im-  
potens, & nunquam consilij dari ius, nusquam reus.

Anej humioribus literis operam dedit. Bene facere  
jam ab Spiritu Sancto didicerat, hanc autem scientiam bene di-  
cendi facultate, que humanitatis adquisiri solet, exornavit. Parisijs  
Philosophiam scholasticam didicit, Ethicam docuit, tanta enim  
sunt morum elegantia predictus, tot divinis prærogativis sufful-  
lus, ut dum terrena audiendo, & loquendo addisceret, Divina,  
modestie tacendo, & sancte operando doceret. It Theologicis  
esse voluit Angelis. Doctoris discipulus, ut Angelicos mores  
notitijs exornaret Angelicis. Perplacuit Erudio, & ingenioso  
Adolescenti Marilijs Picini in Plat. Parm. sententia: ait enim  
*Theologiam, qui leturas accedas, prius sobrietate animi, mentisque*  
*libertate se preparat, quam attritare mysteria celestis operis audeat.*  
Et hanc esse item sine preparatione audire noluit cœlestis doctri-  
ne mysteria. Sensus summa sobrietate, & cor prævia semper ora-  
tione excitabat, ut res sublimes, & obscuras facilius, & secu-  
ritate idisceveret. Tandem Patavium venit, ne Pontificij, & Cesa-  
rii, Iuris notitia viris doctis necessariae earet. Sciebat enim  
Theologiam, & Iuris prudentiam tam atro vinculo connexas  
esse, ut sicut qui Canones, & Iura Theologi sic etiam Canonif-  
fie, & Iuris, qui Philosophiam, & Theologiam ignorant, gen-  
tores non in diocres committant.

Etat Patavij sub illius tempis Universitas n. oia, & ut  
solet numerous accidere, Illustrium Doctorum referata, Precep-  
torum eruditorum dives, virorum nobilium opulenta, clarebant  
in illa homines opum liberales, pecuniae, ut pauperibus subveni-  
rent, oecogni, largi, aut etiam Iudicio imperitorum prodigi.  
Clarebant ibi insania subtilium speculatorum secunda, ele-  
gantissime proficiuntia que ornare Patriam poterant, & peregrinis  
studiosus proderet. Librum non paginam deberem scribere, si

omnes viros illustres, qui illam tunc Academiam illustrabant, recensere deberem; si labio exprimere me tempus, & memoria deficerent. Nobilium multi, Auditorum ingeniosiores, atque Doctorum sapientissimi erant incoparabili toti regioni glorie, & Academico vulgo summo exemplo. At quia perfectissima imagines carere umbbris non solent; erat ibi Academicum vulgus, in quo multi discipuli suorum Magistrorum videbantur antipodes. Erant non pauci ingenij inopes, argenti pauperes, contiliis indigentrum omnium egeni: erant & ibi alii prudentiae vacui, pudoris nudi, honorum parci, laudum avari, nec non aliqui membrorum trunci.

Alterutros prudentia summa conspiciebat Franciscus, & ut se proborum similem, sic improborum dissimilem studio summo ceddere conabatur. Et quia veracissimus est ille, (qui Psalm. 17.) dixit, *Cum sancte Sanctus eris, & cum vero Innocente Innocens eris: & cum electo Electus eris: ex eum per verso perverteris.* Pio Vitorum Illustrum vtebatur confortio, indisciplinatosque aut prudentia fugiebat, aut modestia, & severitate fugabat.

Corporis morbis, & animi superatis infidijs, Romanum venit, ubi multas virtutes reperit totius civitatis communias. multas Religiosorum proprias: vt omnibus pectus suum decoraret, summatam diligentiam adhibuit. Reperit ibi multos Prelatos modestissimos, hoc est, sibi simillimos, quibus erant virtutes nobiliores communes, & heroicæ non nullæ, velut propriae.

Fuit Roma Franciscus omnibus gratus, multis utilis, salutaris, propitius, fortiusque aliquos Deo, & sibi fideles socios, pauperibus solamini, & auxilio fuit. Tam erat humilis, vt inferioribus æqualis, & æquilibus esse veler inferior. Et licet par dignitati vel maximæ, se imparem cuicunque onus si indicans privata conditione contentus, cum ad sublimes posset, ad nullam promotionem adspiraret. At licet universis amabilis, quia boni improbis placere non solent, illis invitus erat, quibus jucunda, & grata videbatur conversatio liberior, & pietas iusta, & importuna.

Confines, non solum Romæ, sed toti Latio populi, aut etiam his ipsis contermini, sibi conscientiam rem magis esse rationi consentaneam, Francisco, si quæ iter ageret obvij, accurgunt: censemtes rationi absolum, nisi supplices iadessent illi, qui pro Deo, & pietate tot periculis fuerat obnoxius;

23

tempore Alioquin sed... Cito penitentia  
exhibita, non patet marmore adficeari. Manulea, non tempe  
longo tracu protensa, & cura diligentia exulta: sed Clodium de  
Granario, cum rate gravem, vite innocentia magnum mun-  
do alienum, cum vietu contentum, misericordiam, Genya ex-  
torre, favoribus Divinis fratrum, superbia inanem, gloria va-  
na immodestia, gratia locupletem, animi perturbationibus liberta-  
pauperum cura plena, refertam, aut verius orationis: mundan-  
isque sollicitudinibus vacuum, nudum, aur etiam orbum; Refri-  
gionis, & observantiae gratia invisit. At senex in Adolescentis me-  
destia, & coquibus nescio quid Divium sentiens, exclamasse  
dicitur, *Hic mihi in Episopata fuerit.*

Opus est mihi & tempus, & otium liberius, ut re-  
censerem ex illa, que in hoc itinere evenere Franciseo. Ex agro-  
tis, qui Annesij Jacobant quatuor, sicut priores ceteris, sic fel-  
lices fuerunt. Vbique primi exercitibus, cum omnes non pos-  
sent, accurrebant vescini. Et illo in Gallia aero, sicut omnium  
era modistissimus, licet sanctissimus judicabatur.

6. Egebam sub illud tempus non pauci Principium  
Ministrorum fidelium, indigebant solidi, & sinceri consilij; Sa-  
bandusque, nam erat prudentissimus, ut publici boni satageret, &  
supremum honorare sensuum advocavit Franciscum. At ille Dei  
erat, non hominum: & dum meminat plurim, quorum animae  
periclitantur, apud improudentes se regimini admovesti permis-  
erint; de hac, aut alia promotione mentionem agentes, non li-  
berter audiebat, raro auscultabat; & sape forti resolutione rej-  
ciebat.

7. Tunc, ut sub bene considereret, & Deo tuis ser-  
vicer, Clerici, militi, aesculapii volunt, & antique pistati, & pa-  
ritati incumbeant, & consonans, Evangelicis Illustrium concio-  
natorum Orationibus frequenter inter fuit, viteque, exemplo si-  
bi subdatis, & praefuit, & profuit: nemini osfuit, aut nocuit, sed  
omnibus favens. Et angeli, singulis charitissimus fuit.

8. Secundus postea initatus Ordinios, quidquid ad exter-  
nitionem vita condecorare vatum esse censebat, addeoque suens  
(mendans, retundens, & abundans) virtutibus, charitate confidens,  
diffractionibus carens; assidua librorum spiritualium, lectione  
summoperie delectabatur, humanitatem nulla indigebat, re qua tran-  
quillitate cordis, que beatitudinis imago est, tempore ubi simili  
perfuerat. Morbo laborabat interdum, sed nec tunc oratione,

8. mortificatione vacabat : & malens postis corpore, quim anima periclitari, vesecbatur vivebas, vici abas) communis cibo , & illi, qui tenui , corpore valbat, & animo.

9. Ecclesie intererat, ne hic splendidissimus Sollateret, illas referebat Republicae ; ut qui ducebat , alios illuminaret : & ideo recte, & legitimè Cathedralis Ecclesie Praepositus denominatur. Ad tantam dignitatem evedo , quia sua referebat communis boni cura , & licuit , & placuit esse alicrum sollicito; & vita, & lingua adversus vitia declamare. O quanta ille in regime passus ! vapulabat saepè à maledicis venibat à vafris; sed, quia in libertate meritum , & libertas in actione constitit, operationes suas ad legem elimabat æternam, quid autem de se fieret ( futurum esset ) reliquebat providentiae divinae, cui sunt curæ universalia.

Mirabantur in illo inimici, & amici tantum rerum terrenarum neglectum; at ille sibi constans, causam Dei agebat , & suæ vitae negotia Divinæ protectioni committens , tranquillo animo in extremis periculis fruebatur. Quam esset grata Numini sincera hæc animi resignatio , demonstratum stupenda prodigia , quibus universi instituimus , nihil esse , à quo non timere non possit injustus Cain; nihil à quo timere Abel innocens debeat.

10. Tanta contra Calvinistas concionabatur efficacia, ut Auyliacum perillustrem Dynastam, Hæreticum pertinacissimum, & in controversijs aperte versatum ita perstrinxerit, vt abjurata heresi Religionem Catholicam amplexus sit. Hinc ab Orthodoxis suspici, timetique ab Heterodoxis, incepit.

11. Tanta Hæreticas omnes fectas esse falsas , exspectabileisque claritate probavit, vt multos vite libertine tederet, alios puderet, aliquos poenitentes quorum omnium miserebat Arisissimum , nam singulos copiosas excitabat, & focebat auxilijs, vt posset salvare, si vellent.

12. Accusabat ( arguebat, postulabat , dantabat ) blasphemiarum horribilium Ioannem Calvinum , à Republica olim dilectum Gallici iniustione punitum : & licet non absolutum criminis, suppicio ultimo per imprudentiam liberatum. Catholicæ doctrinæ veritatem tam efficaciter singulis persuadebat, vt Hæretica inciperet parvi ( minoris , minimi ) fieri ( haberi , ætimari ) flocci auci seductor , & qui pendere debuisset, nauci pendi.

Hinc devorio adolescentis optimo ex lapide ædificavit nova templia , quæ majestate ædificij ab Hæreticis profanata exquagiant, pietate, & religione excederent : in quibus Orthodoxi legunt,

mōd ; & remitit ab Hæreticis possent à confortio pernicioſo abſtineſe , & laudi Divinæ vacare.

13 Ira percīti Calvinianæ ſuperſitionis Præceptores in Franciſcum conmori , doceri ab illo populum falſam , & perni- ciosam doctrinam vociferantur ; monent illum periculum , ut ſponte diſcedat : celant cum authores , ne remedium adhibeat : fed , quia concionari pergit , ut veneficum , pacis publicæ pertur batorem , & populi ſeductorem appellant. At Deum Franciſcus patientiam , conſtantiamque orat ( petit , poſcit , reponit , flagitat , regat ) & imperat. Quæſtiones Hæreticis proponit necellarias quotidie , eodemque congruas ſolutiones interrogat : hi autem cum exhibere illas non poſſent , partim in rabiem aguntur : par tim favente Deo illam religiohem abjurant ; quæ nec ratione , nec authoritate defendiuntur.

14 Crecunt pericula; Baroque Ermancianus Arcis Al lingiana Præfectus , Franciſcum eſſe tutum desiderans , suader ne ſine militum prædio ad cōtionem accedat. Non perſuader. Reſpo det enim ei Franciſcus nullas ſe iniidias pertimescere , & ſemalle concedere protectioni Divinæ , quæ militum humanae potentia.

15 Cām tandem Chaballieenes ab eius , non contionibus , & diſputationibus modō , ſed & colloqio ; ſic imperante Magistratu , abſinere cogerentur , pugnandum fuit Franciſco calamo , & ideo ſcripſit literas , quæ multos diſſitos populos , & Tononiones p̄cipuū , ad gremium Ecclesiæ revocarunt.

16 Addunt militi ſtrenuo animum Clementis VIII. Di plomata , & Genevam ipſam , ſedem Calvini , ubi Beza erat ſupremus Prædicans , Orthodoxye veritatis dogmata declamaturus , imò plurimis perſuasurus ingreditur . Eum ibi à Prædicantibus prædictis repulsum , à vulgo miſerimè decepto iniurijs laceſitum legimus , ſed quia impuperabilis eſt Prædestinationis efficacia , gratia , Dei cooperante , ſeptuaginta duo Hæreticorum ille millia ad fidem Orthodoxyam convertit.

17 Accidit , ut è prædicatione redeuentem gratulationib⁹ , & applauſibus exciperet populus , Granerius Episcopus Coadiutorē elegit , & Clemens VIII. conſirmarit. Auctoritate eiusdem , maiori ſe potentia Calvinianis oppoſuit , & Chablaſio , Torniacoque Catholicis contionatoribus reſtitutis , & ſectarijs ab agro Gexensi expulſis , nullum non movit lapidem , ut Heterodoxorum ſuperſitiones reliquias extingueret. Interēa obiit Granerius , & Torrentini à Viennensi Metropolitano , Tricastrenſi , & Da-

masceno assistentibus in Genevensem Episcopum consecratur;

18 At quia hæresis est ingeniosa, & pertinax, multa aduersus Virum Sanctum molitur, & vtra inhumanitatis terminos præterlapsa, cui argumentanti respondere non poterat, è vivis tollere desiderabat. At pijs Francicci conatibus favit è Cœlis Deus tam immense potentia, ut malignantium vota remanerent elutæ, & veritas semper triumpharet.

19 Ecce Pietatis, & Iustitiae supra omnia Fortuna dilectionis positam felicitatem! Ecce virtutum, securissimum virtutis præmium! Ecce Numinis Omnipotentiam à pijs Sancti hominis votis sanctem. Ecce, ut tutetur Salesium, si terra ingrata iniurias apparet, ipsomet Aether dimicat, iniustosque imminicorum eludit quo scymque consatus. At non obstante protectionie cœlesti gravia est passus? Multa fuit Vir insignis pro Iustitia perpessus, at nihil omnino sine lauro. Ecce gloria; & honore coronatur, dum vivit. Ecce pro Deo exantatos labores viam ad beatitudinem eternam sternentes.

Hanc tandem feliciter indeptus est: man cùm pridiè Sanctorum Innocentium solennitatem apoplexia corripiuit, transitum infare sensit, & Ecclesiaz mylterijs Sacrosanctis munisit.

Vixerat Deo, & Ecclesiaz quinquaginta quinque annos: & anno Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo esse mortalis desit: nempe ipsomet Sanctorū Innocentium die: hoc enim, non iam, vt alij soleant, vitam cum morte, sed mortem cum vita commutavit. Qui enim forte insipientium oculis videretur interitus, iste, iste, ad quietem, ad gloriam, ad triumphum, beatitudinemque æternam fuit introitus.

Genevæ, Logræ, Mozæ, Vienæ, Sinleri, Lugduni, Evi, Mégine, Hunone, Avenione, Ayranis, Parisijs, Cheruijs, Vallibus, & ubicumque nuncium eius mortis ad ventit, lachrymis Vero felici parentarunt.

Corpus Lugduno effertur, & ut in fane honoraretur, ex Civitatibus, & Oppidis vicinis utriusque sexus, & conditionis homines magno numero concomitantur.

Lugduno Maconem versus magna pompa deducitur. Tenuis, Romjano, & per loca intermedia transiens à populo acutius numerolo honoratur, & tandem Anneum delatum, honorificè à Clero, & populo devoto suscipitur; & in B. Virginis Visitantis Ecclesia conditum: ubi magna religione à multis peregrinis invictus, & Deoque crebris illustratus miraculis,

Sic videlicet R. Franciscus Salesio, in Pallotinus doceret Syn-  
taxim, & auctoris Virum Sanctissimum augerem devotionem,  
scribere cunctum pie Magistro erit libe. ut hanc Orationem imi-  
tari, & his aliad qualemunque argumentum proponere, imo  
vobis si voluerit discurrere: mihi enim placuit esse brevi.

Nota:

*Q. P. Theophilus Raynaudi, Soc. Iesu, in Hispalogio Lugdunensi,  
in Indiculo Sanctorum Englanensem. Tom. 8. fol. 58. Lugduni  
M.DC.LXV.*

**B.** Franciscus de Sales Episcopus Gencvensis, genere quidem,  
& natalibus Allobrogo, sed extrema vita, & fœlici obitu,  
Lugdunensis. Vir fuit vita innocentissima, & in quem illu-  
lus de Mose prolatum, non impenitè transstuleris. Erat mitissi-  
mus supra omnes homines qui morabantur in terra; Præfultum vero  
Transalpinctum ævi nostri gemma, & S. Caroli ultra montes  
parebant.

Primam ætatem, qua domi, qua Lutetia in Claromontano  
Societatis Iesu collegio, literis incumbens exegit, virtute ac pie-  
tatis odore singulari, ut omnes in eo eximium aliquod Dei con-  
filium praesagirent, rurisque in illo ætate lubrico felicitate, ado-  
lescens Ecclesiasticum statum nullo modo cogitans, illibatum pla-  
neque nitentem virginitatis florem restringeret, voto de ea nunciu-  
pato, & in Deipara fidem deposita; cui in eum finem penitum  
precatorum diebus singulis persoluenendum, voto recepit. Et affuit  
Deipara præsidium, non illis duntaxat tenerioribus annis, sed  
etiam robustiore iam ætate. Nam iuris candidatus, Patavij à com-  
munitibus Sarante organis, per speciem exotici legum Profes-  
soris, ductus ad formam speciosissimam, revera lupam in eum  
finem tubornaram, dum in mulieris alloquio maritum profes-  
sorum ( ut strophæ ferebat ) operitur; subducentibus sese consultò  
impijs socijs, solus cum sola relictus, & ad flagitium omnibus  
maliebris nequitiae pellacijs sollicitatus, non modò immotus persi-  
tit, sed etiam castigatum acri obiurgatione scortum, & saliva  
vibent in collecta in effrontem vultum exonerata deformatum, à se  
abegit, gloriose de lascivia, & procacitate triumpho. Exemplum  
calicosis ei a fine quod in Gregorij Neocæsariensis ado-  
leſtencia, tantopere excolit eius encomiastes Gregorius Nyssenus.  
Et quod de Gregorio Theologo à Ruffino in illius libros præfan-  
te scriptum est. Non in conversatione scolari, vel ætatis, vel feda-  
riam illecebris cedens, prodidit pudicitiam; sed tangiam à Domino fiba  
commixta thesauraria, ad dentum castam reportavit integrum signaculū

Exinde in patriam redire, ecclesiī prōdigio à seculari forte abductus, suscepto Ecclesiastici gradus consilio, studijs Theologis imbutus est; sacrificque initiatuſ, in haereticis p̄fertim ad Ecclesiæ caſtra revocandis, emicuit; quos in defeflo studio, & concionibus, & disputationibus fregit, & privatis omni melle dulcioribus alloquijs, adeò demulſit, ut insignis eorum ad Catholicam fidē fieret accessione. In his Theodorū Bezan, secundum Genevenis spelei Antichi itum, Clementis VIII. Pontificis Maximi voluntate tentatum, adeò inflexit, vt si mens non levata fuisset, & illudatus pudor, vulgatæque pridem sparcitæ infixionem in voluntate hui non indixissent, quam iudicio veram agnoscet. Catholicam fidem, etiam facto, & voluntate amplectetur.

Hęc in rem Catholicam studia, designatio in Genevensem Praesulē, & antecessoris voluntate, & Pontificis ac Principis aſſensu excepti: quam ille dignitatis accessionem, non vulgari virtutum, & ſanctimonie accremento cumulavit, de omnibus boni animarum rectoris numeris, quam accuratissimè explendis follitus. Cum autem Episcopi partes omnes, quod Nazianzenus (a) & Chrysostomus (b) tradiderunt, & ijs quae ad Deum sunt, & ijs quae ad iuyandos in ſpiritu proximos, ipsum ve qui alijs praefitatem componendum spectant, contineantur; nullo ille ex capite paſſus est, desiderari ſtudium suum, Dedque cooperandi voluntatem. Nam & in eius qui foris eft hominis, compositionem ad virtutis normam, hoc maxime tempore incubuit, quod eft ſtudijs, & curæ quam ſibi Praeful debet veluti caput; & orationem qua Deus adiutur, dèque rebus nostris & proximorum necessitatibus interpellatur, habuit familiarissimam, & ecclesiis viis ac prodigijs qua insignem Dei erga famulum ſuū benignitatem proderent nobilitatam. Constat in orantis cubitale precarij, de cōcio demifum igneū globum, in multas flammulas mox diſtilum quibus univerſus velut ignesceret; externa illa orantis ſpecie, & innoxijs ignibus, ſalubre vivi comburij, & internos animi ardores quibus inter orandum corripiebatur, demonstrante. Eccleſie prodigium ei admodum affine quo exornatum S. Ambroſium Pauli ante obitum, cum poſtremarū lucubrationem dictareret, ( ipsa eft quā in psalmū 43. ab eo habēimus) ſcripuit in B. Antistitis vita Paulinus, De S. Martino ſimilia habet Severus Sulpitius. (c) Ego ( vi dixi ) iūteriores orantis flammulas hinc colligi exiftimo. In proximos vero quo ſtudio fuerit, cum res sit vulgatissima, & uenientibz hiſ in regionibz lateat, quid attingere expōnere. Coluſtravit, &

(a) Apol.  
I.

(b) In ope-  
re de Sa-  
gr.

(c) Dīa.  
Io. 2. C. 2.

I accedit Evangelij factis modò diecessum sibi creditam, sed & primarietas qualiter Gallicæ vrbes, ad quas interpositis Regum ac Principum postularis advocabatur. Religiosum Ordinem sacra-  
rum Chœli ancillarum cui à Visitatione nomen est, à se constitutum, optimisque legibus & institutis firmatum, ita propè mo-  
mento dicitur quaqueversum, ut nescias pietatem magis atque  
virtutem lectissimi fidelitij, an citara immensum sobolescentis  
expansionem, & multiplicationem suspicias. Conscriptis egregijs  
voluminibus, quibus multiplici idiomate cūdendis recudendisque  
nostraria, & externa præla frequenter calverunt, vt non alijs sacer-  
tis, Catholicus quidam concionator videri potuit, mirabilis ra-  
tione, eodem tempore omnibus locis in quæ libri illi sparsi sunt,  
(quo autem non pervaserunt?) & seculares, & regulares quo-  
rum manibus assidue teruntur, ad honesti studium, & viتورum  
detestacionem inflamans.

Et sunt eius scriptiones, non pīx modò, sed eriam doctrina  
solida referte, quippe de pectoris optimè à doctrina constitu-  
ti vena profluentes. Qua vero erat iudicij maturitate, & ad ex-  
plicanda chartisque committenda sc̄nsa sua, insigni facultate,  
mitum est quanta dexteritate nodos Theologicos in quos inter-  
dum incurrit, expediverit, & quam dilucide obscurissimas dif-  
ficultrates evoluerit cū res tulit. Ac vt de alijs implexitatibus Theo-  
logicis silcam, questionem, suo tempore agitacissimam de divi-  
ne gratia cludibili efficacie egregie omnino discussit in Ope-  
re de amore divino (d) explicatissime tradens, vt sit humanae  
liberatatis in conversione locus, hominiis esse postquam à Deo tac-  
tus est, & invitatus per gratiam prævenientem, consentire si ve-  
lit, & posse etiam dissentire si lubeat. Permīrum verò mihi acci-  
dit, quod præter eius montem, & contra veram Theologiam ir-  
reptū in Opus de vita optimi huius Antistitis Latine conscriptum  
l. 7. pag. 310. vbi narratur, Anastasium Germonium tunc Ro-  
manorum Referendarium, postea Tarentaliensem Archiepiscopum, ad  
hunc virum Dei scripsisse monentem, motam esse inter PP. Do-  
minicanos, & Iesuitos, questionem de auxilijs gratiæ, id est de modo  
qua disponit nos Deus ad recipiendas gratias suas, & auxilia sa-  
cerdotia in iustificatione nostra: alij enim libero arbitrio tribuebant,  
quod alij libere gressa. Bene quod hac questionis de auxilijs agi-  
tare expectatio, non tribuitur opino Antistiti Salesio. Est enim  
per absurdam, cum vel Tyrones Theologi nerint, non sūsse que-  
num quomodo Deus hominem disponat ad auxilia, sed quomo-

(d) Lib. 2.  
c. 12.

do ad conversionem, & sanctitatis adoptionem? nec ullum fuisse Catholicum, qui hominem à libero arbitrio ad conversionem disponi seclusa gratia assertere potuerit, cum ea assertio foris est heresi damnata. Hoc me aere interfuit, ne cui fucus fiat, & vel Sacrum Theologica doctrina præstantem, vel Analectum Geronimorum, persuasos putet adeo male materia:am expositionem ita: tus controversie de auxilijs. (1)

